

SECRETA - Annue, quæsumus, Dómine, précibus nostris: ut, dum hæc vota præséntia réddimus, ad ætérna præmia, te adjuvánte, perveníre mereámur. Per Dóminum nostrum.

COMMUNIO (*Matth. 21, 13*) Domus mea domus oratiónis vocábitur, dicit Dóminus: in ea omnis, qui petit, áccipit; et qui quærit, ínvenit; et pulsánti aperiétur.

POSTCOMMUNIO - Deus, qui de vivis et eléctis lapídibus ætérnum majestáti tuæ præparas habitáculum: auxiliáre pópule tuo supplicánti; ut, quod Ecclésiæ tuæ corporálibus próficit spátiis, spirituálibus amplificétur augméntis. Per Dóminum nostrum Jesum Christum.

TICHÁ MODLITBA - Nakloň se, prosíme, Pane, k prosbám našim, bychom, ježto tyto modlitby nyní přinášíme, s tvou pomocí zasloužili si dojíti odměny věčné. Skrze Pána našeho.

K PŘIJÍMÁNÍ (*Mat. 21, 13*) Dům můj domem modlitby slouti bude, praví Pán; v něm každý, kdo prosí, obdrží, kdo hledá, nalézá, a kdo tluče, tomu otevřeno bude.

PO PŘIJÍMÁNÍ - Bože, jenž z živých a vyvolených kamenů připravuješ velebnosti své věčný příbytek, pomoz svému lidu pokorně prosícímu, aby, co k hmotnému rozsahu Církve tvé prospívá, duchovním bylo zveleboeno vzrůstem. Skrze Pána našeho Ježíše Krista.

Společná Mše posvěcení chrámu

INTROITUS (*Gen. 28, 17*) Terribilis est locus iste: hic domus Dei est et porta cæli: et vocábitur aula Dei. (*Ps. 83, 2-3*) Quam dilecta tabernacula tua, Dómine virtútum! concupiscit, et déficit ánima mea in átria Dómini. V. Glória Patri.

Et dicitur *Glória in excelsis*.

ORATIO - Deus, qui nobis per singulos annos hujus sancti templi tui consecrationis réparas diem, et sacris semper mystériis repræséntas incólumes: exáudi preces pópuli tui, et præsta: ut, quisquis hoc templum benefícia petitúrus ingréditur, cuncta se impetrásse lætétur. Per Dóminum nostrum.

LÉCTIO libri Apocalýpsis beáti Joánnis Apóstoli (*21, 2-5*).

In diébus illis: Vidi sanctam civitátem Jerúsalem novam descendéntem de cælo a Deo, parátam sicut sponsam ornátam viro suo. Et audívi vocem magnam de throno dicéntem: Ecce tabernáculum

VSTUP (*1. Mojž. 27, 17*) Hrozné jest místo toto! Zde jest dům Boží a brána nebeská; a slouti bude síň Boží. (*Ž. 83, 2-3*) Jak rozkošní jsou stánkové tvoji, Bože zástupů! Duše má touhou skomírá po síních Páně. Sláva Otci.

Říká se *Sláva na výsostech*.

MODLITBA - Bože, jenž každoročně nám obnovuješ den posvěcení tohoto chrámu a bez pohromy povždy dáváš obcovati svatým tajemstvím, vyslyš prosby lidu svého a uděl, aby kdokoliv do tohoto chrámu vstupuje prositi za tvá dobrodiní, mohl se radovati, že všeho dosáhl. Skrze Pána našeho.

ČTENÍ z Apokalypse čili Zjevení sv. Jana Apoštola (*21, 2-5*).

V těch dnech viděl jsem město svaté, Jerusalemem nový, an sestupuje s nebe od Boha, jsa připraven jako nevěsta ozdobená pro muže svého. A uslyšel jsem hlas veliký s nebe, an praví: Hle, stánek

Dei cum homínibus, et habitábit cum eis. Et ipsi pópulus ejus erunt, et ipse Deus cum eis erit eórum Deus: et abstérget Deus omnem lácrimam ab óculis eórum: et mors ultra non erit, neque luctus neque clamor neque dolor erit ultra, quia prima abiérunt. Et dixit, qui sedébat in throno: Ecce, nova fácio ómnia.

GRADUALE – Locus iste a Deo factus est, inæstimábile sacraméntum, irreprehénsibilis est. V. Deus, cui astat Angelórum chorus, exáudi preces servórum tuórum. Allelúja, allelúja. V. (*Ps. 137, 2*) Adorábo ad templum sanctum tuum, et confitébor nómini tuo. Allelúja.

EVANGELIUM † Sequéntia sancti Evangélii secúndum Lucam (*19, 1-10*).

In illo témpore: Ingréssus Jesus perambulábat Jéricho. Et ecce, vir nómine Zachæus: et hic princeps erat publicanórum, et ipse dives: et quærébat vidére Jesum, quis esset: et non póterat præ turba, quia statúra pusíllus erat. Et

Boží s lidmi a přebývati bude s nimi, a oni budou jeho lidem, a on, Bůh, s nimi bude jejich Bohem; a setře Bůh všelikou slzu s očí jejich, a smrti nebude již; ani zármutku, ani křiku, ani bolesti nebude již, neboť první věci pomínuly. I řekl ten, jenž seděl na trůně: Hle, obnovuji všecko.

STUPŇOVÝ ZPĚV – Místo toto je Bohem zřízeno, nevýslovné svatosti, bez hanby jest. V. Bože, jež obklopují andělské kúry, vyslyš modlitby služebníků svých. Aleluja, aleluja. V. (*Ž. 137, 2*) Klaněti se budu směrem k chrámu tvému a vyznávati budu jméno tvé. Aleluja.

EVANGELIUM † Pokračování sv. Evangelia podle Lukáše (*19, 1-10*).

Za onoho času vešed Ježíš ubíral se Jerichem. A hle, byl tu muž, jménem Zacheus, a ten byl vrchním nad celníky, a byl bohat. I hleděl spatřiti Ježíše, který to jest, ale nemohl pro zástup, neboť byl postavy malý. Běžel tedy

præcúrens ascéndit in árborem sycómorum, ut vidéret eum; quia inde erat transitúrus. Et cum venísset ad locum, suspícienst Jesus vidit illum, et dixit ad eum: Zachæe, festínans descénde; quia hódie in domo tua opórtet me manére. Et festínans descéndit, et excépit illum gaudens. Et cum vidérent omnes, murmurábant, dicéntes, quod ad hóminem peccatórem divertísset. Stans autem Zachæus, dixit ad Dóminum: Ecce, dimídium bonórum meórum, Dómine, do paupéribus: et si quid áliquem defraudávi, reddo quádruplum. Ait Jesus ad eum: Quia hódie salus dómui huic facta est: eo quod et ipse fílius sit Abrahæ. Venit enim Fílius hóminis quærere et salvum fácere, quod perierat.

Et dicitur *Credo*.

OFFERTORIUM (*1. Paral. 29, 17 et 18*) Dómine Deus, in simplicitáte cordis mei lætus óbtuli univérse; et pópulum tuum, qui repértus est, vidi cum ingénti gáudio: Deus Israel, custódi hanc voluntátem, allelúja.

napřed a vystoupil na strom planého fíku, aby ho uviděl, neboť tudy měl jíti. A když Ježíš přišel k tomu místu, pohleděv vzhůru, spatřil ho a řekl k němu: Zachee, sestup spěšně dolů, neboť dnes musím v domě tvém zůstatí. I sestoupil spěšně a přijal ho s radostí. A všichni vidouce to, reptali řkouce: K člověku hříšnému zavítal. Zacheus však přistoupiv, řekl k Pánu: Aj, polovici majetku svého, Pane, dávám chudým, a oklamal-li jsem koho v čem, navrátím čtvěrnásobně. A Ježíš řekl jemu: Dnes stalo se spasení domu tomuto, neboť i on jest syn Abrahamův. Vždyť Syn člověka přišel hledat a spasit, co bylo zahynulo.

Říká se *Věřím*.

OBĚTOVÁNÍ (*1. Paral. 29*) Pane Bože, ve sprostnosti srdce svého, obětoval jsem s radostí všecko: i lid tvůj, který se dostavil, viděl jsem nacházeti se u velké radosti. Bože Israele, zachovej tuto vůli, aleluja.